

/ sime.

1 Illustrissime ac Reverendissime Domine, Domine Cardinalis amplis-
 Facit hoc illa in me exaggerata, totque humanitatis officiis cumu-
 lata Illustriss. Dominationis Vestrae benignitas, ut semper Dei be-
 neficentiam laudem, qua tam illustre decus Ecclesiae Sanctae nobis
 5 servat, illamque Dominationi vestrae Illustrissimae praeclaram se-
 nectutem fovet, nunquam pro Sanctae Matris ornamento laborare ces-
 santem. Jucundum est toto penitus orbe audire, in Cardinali Bellarmi-
 no florere laudes, non eruditionis dumtaxat insignis, verum etiam
 rarissimae pietatis; qua inter multa, eaque luculenta, totique Eccle-
 10 siae notissima argumenta etiam nuper testata est Illustrissima Domi-
 natio vestra edito aureo illo opere (quod jure merito suum Benjami-
 num vocat) scalae quindecim graduum, quibus animus ad Deum ascendit.
 Trivit sane gradus illos Illustrissima Dominatio vestra toto suorum
 annorum religiosissimo decursu; jamque sibi adeo facilem ad coelum
 15 hisce gradibus viam praemunivit, nihil ut dubii sit (quantum nostra
 mortalis auguratur conjectura) paratum pridem jam esse coeli ^{janito-} ~~quan-~~
 rem, qui maturum, non aevi solum, sed etiam meritorum excipiat ser-
 vum hospitem. Sed nos tamen adhuc Deum precamur immortalem, ut Ec-
 clesiam suam tanto in terris frui bono quam diutissime velit, adeo-
 20 que validam ejus columnam diuturniore suffulciat aetate, quo et plu-
 ra ad cumulum animae adjiciat lucra, et Reipublicae Christianae ma-
 gis luculenta in dies conciliet ornamenta. Ego porro memoriam illi-
 us humanitatis, qua me peregrinum Romae quondam accepit, hoc etiam
 exiguo testari volui munusculo, ut cum ad Deum pium attolit animum
 25 mei quoque peccatoris interdum apud ejus Majestatem meminisse velit.
 Interea me, mea ~~que~~ omnia humillima osequia Illustrissimae Dominationi
 vestrae devoveo. De Arce mea Wilisiska 9 Septembris 1615.

Illustrissimae Aac R/mae D.V. / Obsequentissimus servitor
 Joannes de Letemie Hostomski Palatinus

30 Inovladislavien. Valiensis, Varcensis, Gabinensis Gubernator manu
 propria.

(adr:)

Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Domino Roberto Bellarmino
 Cardinali Amplissimo.